



Des Königl. Schwedischen Herren Plenipotentiarij
Herrn Graff Johann Oxenstirns Attestat, was unter
dem Wort Proprietät gemeinet.



Acrae Regiae Majestatis Regnique Sueciae Senator,
Cancellariae Consiliarius, & ad Tractatus Pacis V-
niversalis Osnabrugis & Monasterij VVestphalo-
rum institutus Legatus & Plenipotentiaris.

Nos Iohannes Oxenstirna Axelij Filius, Co-
mes de Sôdermôre, Liber Baro in Kymitho & Ny-
nâas &c.

Notum & manifestum facimus omnibus, quorum interest, aut
quomodolibet interesse potest. Cum in praesentibus de Pace uni-
versali Tractatibus, inter Sacrae Caesareae & Suecorum Regiae Majest:
Majest: Plenipotentiaris, de Civitate Magdeburgensi inter alia ita
conventum sit, ut Eidem, ad preces dictae Caesar: Majestat: humiliter
porrigendas, pristina sua libertas & Privilegium Ottonis Primi resti-
tui, tum etiam Privilegium muniendi & fortificandi, ab Imperatore
Ferdinando secundo concessum, cum omnimoda Jurisdictione &
Proprietate ad Quadrantem Milliaris Germanici extendi debeat; Di-
cta verò verba: Cum omnimoda Jurisdictione & Proprietate à qui-
busdam contra intentionem & literam, in contrarium & planè di-
versum traherentur sensum.

Nos vigore praesentium & attestamur & declaramus; vocabu-
lis istis: *Cum omnimoda Jurisdictione & Proprietate*, non solum Ju-
risdictionem, sed & plenam Proprietatem omnium in circuitu dicti
Quadrantis Milliaris Germanici, circum circa Civitatem sitorum
bonorum Ecclesiasticorum, excepto solo Divae Agnetae Monasterio,
atque sic cum omni jure & utilitate, qua antea & Archiepiscopus &
Ecclesiastici gavisi fuerant, comprehendi & intelligi. Quae cum o-
mnium intentioni conformia, eundemq; in finem novissimo & Au-
thentico Tabularum Pacis Exemplari inserta sint. Ita nihilominus
plenam & realem hujus sphi executionem, quam aliorum exequen-
dorum, constanter desideramus, & in majorem fidem majusq; robur
testimoniales hasce Civitati Magdeburgensi impertiri volumus.
Quod factum Osnabrugis VVestphalorum, Anno Domini post Mil-
lesimum Sexcentessimum Quadragesimo Nono, 4. Die Mensis Maij.

L. S.

Iohannes Oxenstirna Ason. mpr.

Des Königl. Schwedischen Herren Plenipotentiarij
Herrn Graff Johann Oxenstirns Attestat, was unter



nââs &c.

Notum & m
quomodolibet in
versali Tractatib
Majest: Plenipot
conventum sit, u
porrigendas, pri
tui, tum etiam P
Ferdinando secu
Proprietate ad Q
cta verò verba:
busdam contra i
versum traheren

Nos vigore
lis istis: *Cum om*
risdictionem, sec
Quadrantis Mill
bonorum Eccles
atque sic cum or
Ecclesiastici gav
mnum intentio
thentico Tabula
plenam & realen
dorum, constant
testimoniales ha
Quod factum O
lesimum Sexcent



ue Sueciæ Senator,
Tractatus Pacis V
asterij V Vestphalo
potentiarus.

Axelij Filius, Co
in Kymitho & Ny

orum interest, aut
tibus de Pace uni
orum Regiæ Majest:
urgensi inter alia ita
Majestat: humiliter
Ottonis Primi resti
ndi, ab Imperatore
lâ Jurisdictione &
extendi debeat; Di
& Proprietate à qui
rarium & planè di

claramus; vocabu
te, non solum lu
um in circuitu dicti
Civitatem sitorum
Agneta Monasterio,
c Archiepiscopus &
elligi. Quæ cum o
n novissimo & Au
t. Ita nihilominus
n aliorum exequen
idem majusq; robur
mpertiri volumus.
o Domini post Mil
4. Die Mensis Maij,

L. S.

Johannes Oxenstirna Ason. mpr.